

etiamnum *Visibilis Ecclesia*, cum tanti eius *Quæstiones à nemine non fuerint omnino immunes*. 7. Ipsam etiam *Ecclesiam Representativam*, dum *S. negligit Scripturam*, quæ est (ingenuè fatente Bell.) regula credendi certissima, tutissimaque, errare posse, imò & sapius errasse, passim *S. Codex demonstrat: Isa. 56. 10. 11. Jer. 5. 31. & 8. 8. 9. 10. & 12. 10. & 14. 13. 14. & 18. 18. & 23. 1. & seq. & 26. 8. 11. & 50. 6. Ezech. 13. 9. 10. & 22. 26. & 34. 2. 3. & c. Ose. 4. 6. 9. & 5. 1. 2. & 9. 7. 8. Mich. 3. 5. 11. Zachar. 10. 3. Mal. 2. 7. 8. 3. Reg. 18. 22. & 22. 6. 12. Sic temporibus *Messia*, *Summus Pontifex*, cum suo Concilio, quantumvis in *Cathedrà Mosis* sederet, *Matth. 23. 2. & seq.* illiusque temporis esset, (si modò *Bellar. credimus*) *Visibilis Ecclesia*; gravissimè tamen erravit, *Scripturâ*, & ipso etiã *Bellar. teste: Matth. 26. 59. & 27. 1. Marc. 14. 64. Ioh. 7. 32. 45. & 9. 22. & 11. 47. 53. 57. & 12. 10. & 18. 3. 13. 24. & 19. 6. Actor. 4. 5. 6. & c. & 5. 17. 21. 27. 40. & 6. 12. & c. 8.* Mitto denique, quòd passim ipsi quoque Pontificii, turpiter interim secum confluentes, *Ecclesiam errare posse* fateantur: *Innoc. III. Papa: Iudicium, inquit, DEI veritati, quæ nec fallit, nec fallitur, semper innititur: iudicium autem Ecclesia nonnunquam opinionem sequitur, quam & fallere sæpe contingit, & falli. Ibid. Gloss. Iudicium Dei non fallitur; sed iudicium Ecclesia sapius fallitur. Nee mirum: siquidem ex Bell. hypothese (prout supra in Thes. XIII. ostensum est) Ecclesia constet ex ipsis reprobis, scelestis, impiis: qui nullam habent virtutem internam, hoc est, fidem, spem, charitatem, & c. Idem prætereà *Bellar. manifestissimè concedit; a Ecclesias Particulares (quæ solæ visibiles propriè dicuntur) errare posse: Pastores b item, & c Episcopos, extra Concilium dispersos, proprio iudicio indulgere; & d sapius hæc esse excitare: errare, e & ita interdum inter se dissentire, ut nesciamus quis eorum sequendus sit. Quosdam etiam ex f præcipuis Veterum Patrum licet habuerint excellenter donum interpretandi, & fuerint spirituales, non leniter in quibusdam lapsos. Et quod vel maximum: Concilium quoque & legitimum posse errare in his, quæ non legitime agit; veritate videtur, fatetur. Hinc Oecumenica quoque Concilia, ut erronea in quibusdam audacter vellicat: Constantinopolitanum h (si modò id pro errore haberi fas sit) ob antepositum Episcopum Constantinopo-***

verb Dei cap. 3. § De ipso Et c. 10. § Dices. g Id lib. 2. de Concil. c. 7. In Resp ad 3 Obiect. h Id Præfat. in Lib. de Summo Pont.

Bellar. lib. 1. de verb. D. c. 2. § Quare.

Bell. l. 3. de Eccl. c. 12. § Quinto. Et l. 2. de Concil. c. 8. Resp ad 2. Arg.

Decret. Greg. lib. 5. Tit 39. de Sentent. Excommunicat. cap 28. A nobis est.

a Bell. lib. 4. de Notis Eccl. c 2. § Tertio It. § Sed dices. b Id lib. 2. de Concil. c. 6. § D. inde. c Id ibid c. 2. §. Ex quibus. d Id lib. 1. de Rom. Pont. c. 8. §. Quarto. e Id. lib 2. de Concil c. 2. §. Ex quibus. f Id. lib. 3. de